1541

In dei nomine Et eius gratia Amen Noverint universi Quod Ego Petrus abrini de zallar nati maior domicellus de Maio Gratis et ex certa scien
tia per me et meos presentes pariterque futuros Dono et transfero donatione pura mera simplici et irrevocabili inter vivos vobis Mag.co Bartholomeo brondo
domicello Maio curatori bonorum baptiste brondo filij vestri presenti et acceptanti et vestris acquibus volueritis perpetuo Totum illud Jus et facultatem quod
habeo et mihi competit ad redimendum et recuperandum Illas triginta et duas libras censuales restantes ex illis quadraginta libris censualibus quas villa
de selua singulis annis sub octaua septembris facit heredibus Mag.ci Melchioris de francoli civis in castro insule ebusi domiciliati quondam cui omnes quadra
ginta libras ego vendidi in diversis postis cum instrumentis receptis per notarium infra.tum retenta tamen mihi et meis facultate quod quandocumque
quod ego et mei voluerimus a vobis et vestris seu a dicto filio vestro et suis illas recuperare hoc facere possimus restituendo illis proprietatem pensiones debitas et tachas
francas et quitas ab expensis nonobstante aliquo temporis cursu seu prescriptione Hanc itaque donationem predicti Juris recuperandi predictas tri
ginta et duas libras censuales facio vobis dicto Mag.co bartholomeo brondo domicello dicto nomine prout melius et utilius ad utilitatem et commodum dicti
filij vestri dictari poterit ac etiam ordinari Constituens me predictum Jus et facultatem recuperandi dictum censuale quod vobis dicto Mag.co bar
tholomeo brondo preinserto nomine dono Interim vestro seu dicti filij vestri nomine tenere et possidere seu quasi donec de eodem possessionem apprehenderitis
corporalem seu quasi vel aliam quamcumque de Jure vel de facto quam liceat vobis dicto nomine apprehendere et adipisci vestra propria auctoritate quando
cumque volueritis et adeptam penes vos seu dictum filium vestrum et suos licite retinere titulo enim et ex causa huiusmodi donationis do et cedo vobis et
vestris dicto nomine omnia loca et Jura mea omnesque voces vices rationes et actiones meas reales et personales utiles mixtas et directas reique persequutorias
et alias quascumque mihi et meis in predictis que vobis dicto nomine dono competentes et competituras ac debentes competere quoquomodo Quibus quidem
locis vocibus Juribus et actionibus meis predictis possitis vos et vestri uti agere exercere et experiri vorquueri in Judicio et extra prout ego facere poteram ante
huiusmodi instrumenti confectionem et Jurium meorum translationem Mandans tenore presentis publici mihi vicem epistole in hac parte gerentis universitati et sin
gularibus dicte ville de selua quatenus recuperatio a dictis heredibus dicti quondam Mag.ci Melchioris de francoli dictis triginta et duabus libris censualibus vobis dicto nomine seu dic
to filio vestro et suis respondeant dent soluant et satisfaciant tam de pensionibus cedendis quam de proprietate illarum tempore quitationis prout mihi et meis responde
re dare soluere dare soluere et satisfacere tenebantur dicta universitas et singulares ville de selua ante dictorum Instrumentorum confectionem seu dicti cen
sualis alienationem Quoniam in et super predictis pono vos et dictum filium vestrum in locum causam penitus et Jus meum Constituens etiam vos et dictum
filium vestrum et suos in predictis veros dominos et procuratores ut in rem vestram et suam propriam ad agendum videlicet et defendendum utendum fruendum
experiendum dandum vendendum [illegible] Impignorandum et aliter alienandum indeque faciendum de predictis que vobis et dicto filio vestro dono vestras
et illius omnimodas voluntates Promittens et bona fide conveniens vobis et dicto filio vestro et suis donationem predictam et omnia alia supra dicta me
semper habere ratam gratam validam atque firmam rataque grata valida atque firma et nullo tempore revocare Jure aliquo causa vel ratione Et pro
omnibus et singulis supradictis sic attendendis seruandis et complendis obligo vobis et dicto filio vestro et suis omnia et singula bona mea mobilia et
Immobilia ubique sint presentia et futura Renuntians quantum ad hec omnibus causis Ingratitudinis quibus donationes revocantur Ad hec ego dictus
bartholomeus brondo his presens et dictam donationem acceptans Gratis et scientes promitto vobis et vestris revendere dictas triginta duas libras censuales quan
documque vos et vestri volueritis Et refero vobis plures gratiarum actiones non quas debeo sed quas possum et valeo Actum est hoc in Civitate Maio die dom
inica vigesima quinta mensis aprilis anno a nat.te domini Millesimo quingentesimo quadragesimo primo Sig+num mei Petri abrini de zallar nati
majoris donatoris Sig+num mei bartholomei brondo curatoris donatarij predictorum Qui in hec laudamus concedimus et firmamus ~~~

Testes huius rei sunt discreti xpoforus almenara notarius et Antonius nadal In quorum presentia ambo firmarunt

Sig+num Joannoti genovard notarii publici quondam regentis curie insule notas ex prorogatione honorabilis et discreti
Peroti genovard notarii publici quondam fratris mei qui eum singulis Instrumentis in diversis notis Inventum in
hanc publicam formam redigi scribique feci et clausi

1541